DOCTOR IOANNES

DE LVNA VEGA MARCENENSIS, Hispalensisq; Medicus lectori salutem, vbi & defenditur Galenus a Fernelio; & quod fallax sit opusculum typis excussum Hispali anno 1603. Cuius titulus, quod febris intermittens possit esse pestilens, probat.





PVLCHERRIME VT SOLET GAL. AD Hieronẽ dicato libro scribit, itaq; ob hæc ipse quoq; sæpius distuli cõmentarios de medendi methodo scribere, pro comperto habens planè paucissimos huius tempestatis ab ijs adiutũ iri. Etenim nisi magna quæpiã miraq; mutatio humanarum rerum fiat, actum de bonis studijs est, vt pote confusis ac corruptis, nemine Veritatem ipsã; sed tantum scientiæ famam quærente. Optimè enim profecto scis, ne quinq; quidem vsquã invenisse nos, qui esse potius, quam videri docti cuperent. At qui nisi quis sapientiam ipsam, propter se ipsam expetat, ne tempus quidem vllum inveniet, quo se in logica methodo exerceat, imo diuitijs, & famæ, & potentiæ ciuili inhians in horum ambitu omnẽ vitã exerceat. Hæc ille. hinc fortasse hisce etiam miserrimis temporibus dicere. l. scribere aliquid artem medicam concernens, nephas est. Id mihi accidisse, nemo est, qui nesciat, nec sine maximis gaudio, vtilitateq; impugnandæ tamen importunæ cucurbitulæ dedito: nouosq; oppugnatores in palestra expectanti, non licuit alia pullulantia capita abcissa edere, multo enim antea elaborauerã, accipe nunc beneuolo animo, quasq; vires contrariæ opinionis fautores habeant, perpende. Et si (vt existimo) probauerim, quod febres pestilẽtes ex putredine oriantur, putredini illiusq; causis, cõtrarijs ratione inventis (quæ erit huius opusculi vtilitas) succurras, sic enim & saluti, & crumenæ ægroti prospicies, & valeas. *2. Meth. c. 3.*

Deo dante tria ostendam continere illum tractatum. 1. quæstionem phantasticã, & argumẽta quædam non probantia: sed supponentia febrem pestilentem, intermittẽtem. 2. ex Fernelio maximum furtum. 3. aliquot ex multis errores.

Vt igitur primum incipiam, sciunt omnes præstantissimæ opinionis medici, assertionem meã fuisse. Febrem pestilentem necessario esse continuam, vnde typis mãdaui. *Quod nec Tertiana; nec vlla alia ex intermittentibus potest esse pestilens.* Noua adducta multo est diuersa, inquit enim & petit aliud. V. affectus pestilens possit complicari febribus intermittentibus absq; eo quod tollat earum intermittentiam? quæstio prima fuit de specie pestilentis, febre videlicet putrida: ille vero adduxit aliam de affectu in genere, quæstio. 1. de simplicis, vniciq; morbi substantia est, Illa vero 2. inquirit de nescio qua complicatione affectus pestilentis. Sed vt veritas illustrior reddatur: falsitas vero cõplicationis. l. implicationis, & subterfugij pateat, supponere oportet, Averroum *a* (testante sic Cardano) *b* scripsisse. Quod dialectica est duplex altera generalis, quæ docet regulas cõmunes omnibus scientijs, & hæc debet disci ante illas: alia vero quæ specialis est, vnicuiq; scientiæ, & hæc cum ipsa scientia, & eius principijs ediscitur, hactenus ille. Ego si probem nouam quæstionem vtraq; dialectica vacuam, & medicina ieiunam, totum opusculum illi innitens, & impertinens, & iners, & inane esse supererit. *Error. 1. 2.* *a Cõtrad. 3. ib. cõtr. dist. 1.* *b 2. 1. Phil. 15*

c Porphirio describitur differentia sic est qua species excedit genus. l. qua abundat species a genere. Vbi etiam doctores ex eodem inquirunt, si differentiæ non sunt in genere, cũ differentia non possit esse ex nihilo, a quo. g. sumuntur? Resp. quod differentiæ sunt in genere, nõ actu, idest non sunt de natura eius, sed in potentia, quia ab illo fiunt, sicut è cera extrahitur forma alicuius imaginis, &c. Si igitur quæstio prior & vera, est de vna specie affectus pestilentis (quod est genus) nempe de febre pestilenti, quam genus ipsum in potentia continet, ex quo a differẽtia contracto, species constituitur, quando somniata fuit ist hæc complicatio? aut quomodo potest hic habere locum talis quæstio? quam Porphyrij, aut Aristotelis doctrina redarguit videamus an dialecticæ Galeni conueniat, propter quosdam parum versatos in Galeni doctrina, existimãtes nimirum Galenum aliquem fuisse cerdonem, ille igitur a paucis cognitus, a nullo satis laudatus, admirãndus venerandusq; vir, inflãmationum species, malæq; compositionis morbos docturus (3. enim est in genere morbus, mala cõpositio, intẽperies, vnitatisq; solutio) ait, cõmunis igitur in omnibus immoderata caliditas, & veluti phlogosis, idest inflãmẽ, vnde & phlegmones, idest inflãmationis nomẽ de ipsis antiqui efferre cõsueverunt, propriã autem in singulis *c Lib. 5. vniu. c. 3. de differ.* *d 2. ad Gla. c. 1. & passim.*

 diffe-

differentiam invenies, ex qua eius ſpeciem ac noſces. Hactenus doctiſsimus Gal,docens, quo-
modo differentiæ in genere contineantur,vbi diffuſius legere licebit.
Ex quo docente genere per differentias cõtracto pullulantes ſpecies, conſtituo. Morbi ma-
ligni triplex genus,inflãmatione quod ſuas habet differentias, hnmores videlicet peſtilenti labe
e infectos, cum tumore partes intemperantes,vnde e Carbo,Antrax,Buboq; conſurgunt, dictum
3.Epid.3. genus iam contractũ tumoris aſsignaui. Sic ſe habet res in vnitate ſoluta,ſub qua aphtæ malig-
naq; vlcera, alia deniq;,quorum meminerat Hipp.in quibus oſſa denudabãtur,horrẽdaq; alia.
Eodem modo intemperies maligna eſt iudicanda,quæ videlicet contrahitur ad eſſe peſtilẽtis
putridæ ſpeciem, per differentiam humoris, qui in ventriculis cordis,& prope cor putreſcit,ex
cellentiq; quadam putredine afficitur. Quam impoſsibile eſſe,non eſſe putridã,ſatis ſuperq; pro
baui.Qua eadem peſsima putredine cordis corpore infecto contrahitur intemperies calida ad
f eſſe peſtilentis hæcticæ,quæ nimirum eſt cõtinua,ſimiliter ſi ſit diaria peſtilens,vnde eſt corolla
Veriſsima cõ rium,quod omnis febris peſtilens eſt continua, cũq; hæc dialecticæ,& medicæ arti conveniant,
cluſio. adduxiſſe nouam quæſtionem,& a controuerſa diſtinctam,meo iudicio nihil aliud fuit,quã palli
nodiam recantaſſe, & falſum non eſſe tertianam peſtilentem.Ob vulgus voluiſſe, & conatũ reſ-
pondere, attamen cum cõfeſsio debeat eſſe ſimplex,qualis hæc non fuit, multa illam inſecũtur
in convenientia,dubitat enim ſic.
3 *An affectus peſtilens.* Amphibologia in omni ſermone vitanda cum ſit,canepeius & angue inti-
g tulari quæſ.eſt enim laqueus captioſus,nã affectus (præter alia ad medicũ non attinentia) ſig-
3.de loc.affe. & de morb. nificat cauſam,& g Morbum, & Symptoma ſicq; debebat inquirere. Vtrum morbus peſtilens.
&ſymptb. Sed forte id ignorat.
4 *Poſsit complicari.* Hic vt dixi eſt maximus error,& quaſi baſis cæterorum,nõ nego peſtilẽtem
h Opuſcul.ad poſſe fieri tertianã, remanet tamen continua, vt ex Iouberto adduxi, confirmauit eruditiſsimus
D.mõteſinos. vir h D.Antonius Marquez Medicus a cubiculo excellẽtiſsimi Ducis a Methymna Sidonia, qui
prope diem nobis dabit optimum medicinæ compendium.Oſtendi vacuam q ac proinde totum
opuſculum,errores aliquot inſequar dicentis ſic.
5 *Ratio formalis peſtis conſiſtit in qualitate quadã,ſiue proprietate occulta.* Suppoſita Hipp. Galeniq;
i & omnis ſcholæ medicæ doctrina, i Valleſius ſic ſentit. Ratio morbi peſtilentis non eſt alia (nõ
5.controuer. c.21. enim peſtilens eſt ſpecies quæpiam morbi) quam quod pernicioſus ſit, & multos eorum, quos
affligit, tollat.
6 *Nam cum eſſentiæ rerum ſint perſe primo nobis abſconditæ.* Penelopes telam texit,ſi enim *Omnium
rerum.* Non magis peſtilentis morbi. Sed.2.ex Rudij ſententia labitur.
7 In rebus g.omnibus aptis nos perdere, duplex contrarietas reperibilis eſt,nam *contraria, alia
ſolis qualitatibus, alia tota ſubſtantia.* Si prior quæ vniuerſalis ſit vera, quomodo ſubſequens vide-
licet, *nam contraria alia, &c.* Non erit falſa? eſtq; Galeni.l ſi hæc ſit vera,vt eſt, quomodo vni-
uerſalis non ſit, vt eſt falſiſsima, mihi hæc implicant contradictionem.
At vero quæ tota ſubſtantia cõtraria, effectus ipſorum nõ ſubjicitur alicui externorũ *ſenſuũ.*
Vult ex cauſa occulta effectum occultum inferre, effectum occultum nullus admittit, morbum
talem morbi definitio negat, tenens lædere ſenſibiliter; quæ ſi vera eſt, quomodo aut cui erit
occultus, vulgaribus.
Valleriola 4. enarrationum 7. inquit merito ea cauſa a medicis cæca, &c. Valleriola pro me eſt in re
controuerſa, loquens enim ibi de peſtilentibus febribus ait,ſed quæ neque plane remitterent,
vbi nimirum tantum abeſt vt iudicet intermittentes, vt vellit pluſquam continuas, continentes
videlicet.
10.11.12. *Ideo ſignum proprium atq; inſeparabile eſt maxima debilitas.* Primo oblitus eſt ſuæ 13. propoſitio-
k nis, in qua dicit. *In peſtilentibus bene poſſunt adeo valere vires.* 2.debilitatem, vt k differentiam con-
3.de præſag. ſtituat, aſsignat Hecticis peſtilentibus.3.cũm humorum corruptione vires validas inveniet a-
c.3. l pud l eundem.
1.aph.cõ.17 *Multo maior quam ab alia quacunq; cauſa ex manifeſtis.* Apoplexia citius vires deijcit, febreſq;
13 ſyncopales breui enecant, nec ob id argumentamur eſſe quid occultum.
14 *Eſſentiam peſtis conſiſtere in qualitate quadam ſiue proprietate occulta.* Quando ſimilitudinem vene-
norum cum peſtilenti admitterem, adhuc eſt hic maxima fallacia, venenorum enim ſubſtantiam
ſequitur proprietas, quod eſt accidens, ipſa enim non ſunt proprietates.
m 15 *Febris lædit prænaturam calfaciendo.* Galenus m vero. Siquidem calor naturalis concoquit,præ
1.prog.cõ.vl. ternaturam putrefacit. Si ſic in alijs quid in peſtilentibus?
16. *Veteres in excuſabili vtentes empiria, multa adverſus dictam qualitatem nobis reliquere.* Falſum eſt,
n veteres enim (vt ſtatim dicam) putredinem oppugnautibus vſi ſunt in peſtilentibus, videndus
Li.epiſt.1.ad n Mondella de ſmaragdo, Hiacintho ſaphyro auro, & alijs.
Hiero. Frac. *Docet Gal. quod eorum quæ tota ſubſtantia operantur, non ſit methodus.* Si igitur Gal.in peſtilẽtibus
17 excellentem fatetur eſſe putredinalem calorem, nihil occultum,rationeq; inuentis vtitur, hic
locus

locus pluresq; alij adversus allegantem sunt, sicq; non semel, sed centies in his errat. o 18
Hucherus docuit pestilentem qualitatem manare à proprietate totius substātiæ. o Cicero dixit, tardi 2.de oratore.
ingenij est riuulos consectari, fontes autem rerum non videre, Hucherus non vidit Gal. *p* dicē- p
tem. Proprietates namq; ex tota substantia progenitæ, aut corporibus nostrit congruentes, aut 6.epid.6cō.5
alienæ, quatuor materijs continentur, aut enim purgatoriæ medicinæ sunt, aut alimenta, aut ad
hæc tertio ea quæ hic Hipp. malefica nominauit, aut quarto ipsorum remedia, hæc Gal, quæ si ve
ra sunt, rationi phisicæ est consonū vt corruptionem improprietates insequantur, sed quæ hæ
sint? An vt *q* Aristoteles voluit foetor, vermiumq; generatio? Vnde Gal. cum philosopho con- q
uenire constat quidquid auctores minoris clasis effutiant. 4. metheorū.
Quod si multa etiam qualitatibus manifestis operentur, qualia acida moderatequè frigida. Falsum se di- 19.20.21.
cere scit, nam dantur ob frigiditatem siccitatemq; 2. non comprimendi gratia, quoniam Hiacin 22.
thorum *r* cōfectio, & alia ad excitandum sudorem exhibentur. 3. vbi mittendus sanguis nocent r
comprimentia, ex *ſ* Avicena. Pereda de cu
Venenum habet pro subiecto inhæsionis, modo pituitosum humorem. Subiectum febris esse cor, pro ra feb.c.9.
confesso est 2. morbum esse passionem viuentis: non pituitosi humoris, similiter. ſ 23.24.
In pestilentibus indicatur modo caliditas, decipitur docti & pij medici Anthidota calida non au- 2.canone.
dent exhibere febri pestilenti, in confectionem etiam Hiacinthorum Moschum & alia similia re- 25
ijciunt: barbari & parabolani proprietatibus nimium credentes, vitriolum, aliaq; huius census
exhibent.
Huiusmodi qualitas non est forma substantialis, sed accidentalis. Quid hoc? quasi morbus non sit 26 t
accidens, & generalius adhuc nos docuerit Arist. Quidquid advenit enti in actu esse accidens? Ar.c.de qua.
Secundum fundamentum. Implendæ chartæ gratia agit de putredine, cum tamen oppositam te & Gal. vbiq;
neat sententiam, sed facit vt mecum conveniat, loco illo, vbi habet. *Dummodo putredinis limites* 27
non excedat. Excellēs *v* enim ob id appellatur calor pestilentis, quia putredinis communis (vt v 6.epid.
ita dicam, aut reliquarum putidarum febrium) limites excedit.
Quod pestilens non est, tam longe lateq́ distat à pestilenti. Quid tum postea? si pestilens putridusq; 28
calor non longe late ve distent.
Sordidam putredinem appellauit D. Ludouicus Mercado. Non est inuentum D. Mercado nam *x* Ia 29.30
cobus Esteue (non de puncticulari vt noster Mercado) sed pestilentis ex sordida quadam pu- x
trefactione meminit. Danda tamen venia est auctori quæstionis. Quod esteuem non legerit, & 2.epid.
forsam esse nesciat, ignosci tamen non potest, quod in manuali *y* Pereda hæc non viderit. *Hu* y
ius febris putredinem appellat Mercado sordidam, quasi putredo sit vlcus. 2.de feb.2.2.
Ex Fernelio Multos videas in pestilentia simplici febre.l.continua.l.tertiana l.quartana cor- 31
ripi, qui licet putridis & vitiosis humoribus scateat, peste tamen *nequaquam polluuntur.* Hic etiā
recātat pallinodiā, nō enim voluit admittere, quod tēpore pestilēti morbi sint nō pestilētes: nec ℨ
explicationē famosissimi loci, vbi ait Hipp. ℨ multa præterea alia genera febriū vulgabātur. 3.epid.3.64
Quosdam.7.die euicta putredine à peste vlterius etiam relicta obijsse. Hos omnes Hermocratis hys- 32
toria conuincit iam adducta, denuo addam *a* neoteris testimoniū sic. Vbi vero in febribus hu- a
mores putrescant, & sint corrupti cum per illorum putrefactionem & mortificationē extingua- Salust.Salui.
tur natiuus calor, qui in sanguine reperitur, quid mirum si totū corpus refrigeretur, & statim, lib.1.c.1.
esse temperata ad tactum corpora in calore ait, quod quidem est signum certum & pathonomo-
nicum febris pestilentis: & corruptionis humorum.
Tertium fundamentum, pestis habet etiam esse morbum contagiosum. Vice parergo hic fere omnia, 33.34
præcipue quæ de contagione adducit. 2. contagio, nō per cōmunicationem definitur (nō enim b
vt ille de acre pestilēti adduxit, omnibus quibus cōmunicatur officit) sed sic, contagium *b* verò Vall.1.de dif
vocamus corporis sani cum ægrotante infectionem similem. feb.com.c.3.
Sic si habet exhalatio pestilens in inficiendis corporibus, vt medicamēta seligētia in trahendis humoribus. 35
Negata proprietate negatur similitudo, aer pestilenti infectione inquinatus, vt quodvis agens c
in dispositum citius magisq; hoc à calido humidoq; sic accidere Arist. docet vniuersim. *c* Om- Axioma Ar.
nia quæ putrefiunt à calido & humido sic afficiuntur.
Morbus pestilens simplex est, pestilens febris compositus. Est composita pestilens febris vt reliquæ 36
putridarum species ex intemperie calida vt ex genere: & humore maligne putrefacto in ventri-
culis cordis, & prope cor.
Qui g. peste afficiuntur, nil aliud patiutur, quā morbū simplicē. Dubito adversus quē adducit sæpe 37
numero esse pestē sine febre, oblitus procul dubio quod illam miserim, probans pestem nō esse
speciem: sed genus. 38
Nō quod febres omnes quæ cum pestilentibus complicate inveniuntur, putridæ sint. Imprimis Vallesius d
sic cōtra decisionem, itaq; ego intelligo febrem omnem pestilentem pendere à putridine, etiam Sup citato li.
eam quæ hectica est, scilicet hectica pestilens est, per quam ipsum cordis alimentū putrescit, nā com. ad c. 8.
aliter qua ratione putemus differre has hecticas ab alijs hecticis. Hector *e* Gibaldus vero. Con- e
cludunt Eodē loco.

cludunt omnes febres pestilentes esse putridas, his ego potissimum subscribendum censeo. Tho

f mas à Veiga est eiusdem sententiæ, cur g. a longe salutatis libris audet scribere, ne dicam loqui?

3. de præsag. Sed à sufficienti enumeratione ex super abundanti putridas esse probo, de putridis dubitare se-

expul. sepe ci pticum est agere, de hecticis pestilentibus dicat, quid sentit *f* Galen. Sic, quam enim ad cordis

tato. putredinem poteris excogitare medicinam? De Diaria etiam pestilenti plurimi, Ioãnes *g* autẽ

g caius qui illi dicauit tractatum? Scriptum reliquit, est affectus spirituum, qui ratione aeris à ve

De sudore bri nenato quodam vapore infecti, dissoluta mixtione corrumpuntur, atq; in nobis calorem præter

tannico. naturam ostendunt, hæc ille ergo omnes pestilentes putridæ sunt.

39.40.41. *Peste correpti laborant peste: peste correpti non laborant peste.* Auditæ sunt vsquam tales contradictoriæ. 2. peste corripi, est laborare peste: & laborare peste, est corripi peste. Vnde nullũ facit sensum hæc propositio. 3. manifesta est secundæ falsitas ex prima, qui enim fieri potest vt correpti peste, non laborent peste, pudet tamen huiusmodi ignorantias impugnare, cogor.

42.43. *Morbus pestilens est affectus præternaturam ex vi qualitatis occultæ.* Primo affectus præternaturam

h dicitur, ad differentiam *h* affectus secundum naturam, sanitatis videlicet. Nam morbus & sani

9. meth. c. 14 tas corporis sunt affectus: ille quidem perse primo lædens cum præternaturam sit, primo inquã

i ad differentiam causæ, quæ *i* medio morbo lædit, vnde secundo errat, dicens lædere ex vi qua

Lib. de mor- litatis occultæ. Sanitas vero est affectus secundum naturam ad faciendam actionem idoneus.

bo & sympt. Hæc Gal. quem non intelligit. Videamus an Augenium.

44. *Augenius neq; verum est omnem febrem pestilentem esse vulgarem morbum.* Concedo libenter, & verissime infero, suam vocem ignorare. Nam cum hoc quod tam diu adversus illum controverto, incaute concedit, in subsequenti sibi contradicit, dicens.

45. *Et quid morbi pestilentis tota ratio saluetur vt infra probato.* Si potest esse febris pestilẽs sine peste, non saluatur tota ratio pestis in vnico infecto peste, sed de his ad nauseam vsq; dixi.

46. *Malepositum est in definitione plurimos apprehendens.* Quorsum? aut adversus quem. I. quos? mul

47. tos apprehendens, sicq; est communis.

k *Vniuersalem scientiam accipimus ab experientia singularium.* Oppositũ docuit *k* Aristoteles dicẽs.

2. post. Neq; enim contingit scire per sensum, ecquis nõ audiuit de singularibus nõ esse scientiã, &c.

48.49.50. *Probo per asceusum.* Spirans philosophiæ, quid sit philosophia ignorat, philosophia enim de naturalibus agit, quæstio tamen vtrum genus conservetur in vnica specie, &c. Logica est & methaphisica, quomodo error in quæstione ista esset in philosophia? Secundo Philosophus & medicus inductione probant: at Methaphisicus nequaquam, vnde Magister Soto ait, ex quo sequitur, quod inductio solum valet ad probandum propositiones per sensum, sicut philosophus naturalis sua principia per inductionem, aut ergo nescit obiectum philosophiæ, aut nos lectoresq; ignorare existimat. 3. Velle definitionem inductione probare, ridiculum est.

51. *Et vt eo quo tantus fundamentorum atq; rationum.* Fere sunt formalia Fernelij verba pro nobis adducti sentientibus pestem cũ febre & sine febre. Sed sub illius vmbra difficultatem fugiens deceptus deprehenditur. Vt in Donati furto.

Ad. 3. quæst. partim. Licet ille tractatus totus suppositionum sit appellandus, ita esse argumenta euidenter ostendunt, quibus supponitur, non vero probatur Tertiana pestilens, ac quidam committuntur errores.

52.53. Ad primũ falsum supponit. 1. quia (vt satis superq; probaui) non extrauasatur materia per circuitus, immo petit cor. 2. errat, quia & si aliquando extrauasetur vt in bubone, & anthrace, alijsq; eruptionibus videmus, febris est continua, & continens, & perperacuta.

54.55. In. 2. & 7. errat, immo in omnibus, non enim est sermo de qualitate pestilẽti, sed de febre putrida pestilenti inquam. 2. quia qualitas pestilens corrumpendo symmetriam, potest generare calorem præternaturam.

56.57. In. 3. 1. falsum supponit, quia inter illa non est sympathia, inter pituitam inquam & pestem. 2.

l quia pituita putrefacta *l* vertitur in bilem, sicq; vni tertio conueniunt, videlicet calori, sicq; mu

7. aph. cõ. 47 tuose intendunt.

58. Ad. 4. quod ridicule infert, tertiana febris intermittit ergo tertiana potest esse pestilens.

59.60. Ad. 5. negatur similitudo. 2. bilis in causonibus putrescit, fitq; pestilens.

61. Ad. 6. negatur. vltima con. ad nauseam vsq; probavi, febrem pestilentem supercienientem tertianæ reddere illam continuam.

62. Ad. 7. nos non loqui de qualitate pestilẽti, sed de febre pestilenti, quo vnico verbo toti opusculo respondetur.

63.64. Ad. 8. errat. 1. quia caloris quinq; sunt causæ, vt videre est apud Gal. 2. quod sepissime dicit duos esse morbos, videlicet tertianam, & qualitatem pestilentem.

65.66. Ad. 9. tertianæ non instituuntur bezoardica. 2. male infert. g. inquantũ pestilẽs nõ est calida,

67. Ad. 10. errat, nam febris est frigidi effectus. Idem ad. 11.

68. Ad. 12. me probasse febrem pestilentem pendere à putredine.

Ad

Ad 13. primo errat quia Morbus est diathesis,& permanes qualitas. 2.& si intermittat tertiana ex causæ coniunctæ resolutione, non definet intemperies, alias.7.circuitus essent7.morbi. 69.70.

Ad.14.reddit ad complicationem, de qua in principio,hactenus de phantasticis argumentis chimericam quæstionem probantibus. 71.

Si sine febre pestis ait Hucherus, cur g. cum intermittenti non fiat? Dolendus Hucherus, & alij huiuscemodi farinæ auctores,qui cum non coluerint Hipp.& Gal. ignari deprehunduntur, illum allegans excusatione caret, ad quem multa circa hoc dubium misi. 72.

Ex Fernelio *multos videas in pestilentia, &c.* Hic obtruncat Fernelium dictis addentem, peste tamen non polluuntur, quem & si doctissimum agnosco, tamen quia in his non satisfacit, illius de morbo totius substantiæ (licet aliquando arriserit) impugnare aggredior placitũ, quod & si staret nullo modo in me est,asserente semel conceptam pestilentem febrem putridam,fore continuam.l.sit putredinis soboles.l.morbi totius substantiæ, vnde tractatus ille ad ephesios est.

Sed vt morem solitum obseruemus, vim inuenti Fernelij prius proponere oportet, adducit celeberrimam Galeni auctoritatem dicentis sic, ostensum est medicamento naturam esse alterãdi aut vna quappiam qualitate, &c.

2.Locum, quo docet duplicem esse Alexiteriorum naturam,aut enim commutare,aut ex affecto corpore pellere bestiarum virus, corrumpendi natura præditum.l.mortiferũ medicamẽtũ.

3. Corroborat sententiam ex Hipp. dicente. Morbos alios a victus genere, alios a spiritu, quem trahimus fieri.

4. Supponit venenum,&c. Quæ ne lectorem molestia officiam, omitto,quo supposito arguit sic partium autem corruptio, & affectio tanta quæ actionem primo & per se lædit, morbus est (quod tunc omnis instrumenti actio integra persistat) atqui intemperies nõ est,id igitur ipsum sit oportet similaris morbi genus,quod nos substantiæ corruptellam appellamus.

5. In memoriam reuocans curationem e terra lemnia, & boloarmenaarit, hæc igitur non ex siccando, sed totius substantiæ proprietate in id vires habent.

6. Cur etiam non inediæ ad pestem multo maiorem vim obtinent? Cum & potentius, & tutius,quam bolus corporis vniuersi superfluentem humorem absumant, dissipentq;

7. Bolus præterea siccitate omnibus per æque putridis febribus,neq; pestilenti potius,quam illis conferret,nisi peculiari quasi præuilegio ornaretur,hactenus diuinus appellatus Fernelius. Sane quemadmodum inter Medicos multi viæ regiæ insistentes, vsitatis expertisq; remedijs vtũtur: alij vero secretis,atq; a totius substantiæ proprietatisq; remedijs, miracula pollicentur,sic similiter inter scriptores,qui vt Gal.ait,cum ea quæ ab Hippocrate recte tradita sunt,elaborare, & conficere deberent (quod hisce diebus præsto, præstaboq; deo dante) laudis appetentia ducti aliam sectam constituunt. Hæc Gal.cuius consilium si Fernelius (vir extra omnem aleam ingeniosus, vnicusq; esset amplexus,solidiorem cibum nobis reliquisset, adversus quem hæc militant fundamenta, & media medica.

1. Ex manifestis, in eisdem rebus cum a iusto modo recedunt, consistit morbus, in quibus cũ modum seruant, sanitas constituitur, sed hæ sunt similarium temperies, instrumentalium compositio,& vtrisq; vnitas communis, ergo præter tres a Gal.assiguatos nullus est morbus. Discursus est legitimus, maior cũ minori non solũ veræ, sed euidentes sunt, tenet igitur consequẽtia. *m Lib. de morb. diff. c. 1.*

2. Arg. morbus lædit, quod vt plurimum est agere,sed substantia non potest agere, ergo nec esse morbus a substantia, maior est vera, minorem probat omnis philosophorum schola, & Ar. *n* interpretes sic, qualitas est principium actionis & passionis substantiæ ipsi inhærens,ergo nõ est actio a substantia, ergo nec morbus. *n Alb. M. lib. prædica. c. de act. & paß.*

3. Actiones versantur *o* circa contraria,sed substantiæ nihil est contrarium, ac proinde, nec illa contraria erit, cumq; vt superius probo, non agat, nec erit a substantia morbus. *o 2. de genera. &c.*

4. Qualitas & substantia sunt genera diuersa ergo quod est substantia non potest reduci ad qualitatem, ans est axioma,cons.tenet,sed morbus est qualitas,siue in prædicamento huius,siue relationis sit collocandus, ergo non potest reduci ad substantiam, ergo nec datur morbus a tota substantia. *p 3. de symp. diff. c. 1.*

5. Sic sanitas est symmetria, & morbus ametria,sed hæ proportio aut improportio accidunt substantiæ ipsi, nec sunt substantiæ, non ergo datur morbus a tota substantia.

6. Vt aliquid dicatur *p* morbus, duo in se includat oporter, 1. Vt sit in genere affectus 2. Vt lædat primo & per se, sed neutrum potest accidere substantiæ,ergo nullus est morbus a tota substantia; discursus est legitimus, maiorem docuit Galen. min. probata iam est, igitur intentum.

7. Morbus lædit. 1.& per se, sed venena & aer putridus non sic,sed morbos inducendo, ergo non sunt morbi, ergo nec datur morbus a tota substantia.

8. Nec inuito Fernelio ipso, aer pestilens eodem modo nos afficit,quo venena afficiunt, sed venena toto genere deleteria nocent putrefaciendo, putrefacientiaq; appellantur, ergo, & aer

q putredinem inducendo. Diſcurſus legitimus eſt, maior *q* Gal. dicentis Immutat enim aerem
De Theriaca malo quodam modo, vt homines interficiat, qui cum non reſpirare nõ poſſint, contagium miſce-
ad Piſ. c.16. ri euadere nequeunt, attrahunt enim in ſe ipſos aerem illum infectum, tanquam preſentaneum
r aliquod venenum, &c. Minor docetur ab *r* eodem ſic, putrefacientia autem, etiã ſi quantitate
3.ſimpl.c.22 minima ſumantur, omnino tamen corrumpunt, & mox. Itaq; putreſcere numquam ceſſare poſſunt, ergo aer peſtilens de quo potiſsimum eſt.q. non a tota ſubſtantia, ſed corrumpendo nocet, ergo intentum.

ſ 9. Nullum *ſ* agens agit vltra gradum proprietatis, & actionis ſuæ, ſed propria actio aeris
Axioma. putrefacti eſt putrefacere, ergo putrefaciet, ſi diſpoſitionem inveniat, igitur non a tota ſubſtantia.

t 10. Confirmatur *t* Hippocratis Galeni, omniumq; medicorũ auctoritate (quod præuidiſſe
Conſtitutioni bus peſtilẽti-bus. Fernelium deceret) exiſtimantium, referentiumq; non ab aere venenato tota ſubſtantia enecãte, ſed ex aphthis, carbunculis, papulis, igne ſacro, febribus ardentibus, colliquationeq; in peſte perijſſe, ex putredine ſine controuerſia obortis.

11. Confirmatur, ſimiliter omnium medicorum medella, & auxilijs præcipuæ Gal. medentis peſtilentibus bolo armena (quæ cum terræ ſpecies ſit, frigida eſt & ſicca; putredinisq; cauſis op
9.Simpl.c de terra Jamia. ponitur) vbi habet, porro in magna hac peſte, cuius eadem facies fuit, ac eius quæ Thucididis memoria graſſabatur, quotquot hoc medicamẽ bibere cæleriter curati ſunt, & mox, cæterum bibitur ex vino albo ſubſtantia tenui modice diluto, ſi aut plane febri careat, aut leuiter ea teneatur ſin grauius febriat admodum aqueo; hæc Gal. in auxilijs & in vehiculo manifeſtas atten-
Ad piſ. c.16 dens qualitates, qui *x* idem ex bonis odoribus ignibusq; peſtem preveniſſe Hippocratem teſtatur, ad iſtum (inquit) modum arbitror Theriacam, tanquam ignis quidam purificãs & ipſa eſſet illos qui ſani adhuc ipſam biberint, non permittere, vt peſtilentia corripiantur: illos autem qui iam ægrotant, ſanare poſſe, cum aeris inſpirati malignitatem commutando, tum corporis temperaturam non amplius corrumpi ſinendo, &c.

y Auic. *y* Gal. in ſecutus dixit. Summa curationis febrium peſtilentialium eſt exſiccatio, & ſta
De febribus. tim inſtituit refrigerantia, odorifera, & cibos ex acetoſis deſiccatius, aeremq; exſiccandum ex Raſio docet, nunquid Fernelius in philoſophia, cauſisq; indagandis Auicena fuit ſolertior? Aut Hippocrate Galenoq; in medendo doctior, fideliorve eſt iudicandus?

Quid tandem commemorem Mithridaticum? quorſum Ruffi pillulas appellatas? quid vetuſtiſsimam conſuetudinem exſiccantibus vngendi præſeruanda corpora? quorſum ſal acetum? Prius ſane deficiat dies, ſiue Medicos philoſophos, Hiſtoriographoſue euoluam, quam teſtimonia in auxilium exſiccantium remediorum ad putredinem, quibus ſuppoſitis ſuper eſt vt Fernelio ſatisfaciam.

Ad loca Gal. perperam adducta fuiſſe ab acutiſsimo Viro, non enim potuit Gal. dicere, nec credi poteſt, venena eſſe morbos, cum ex allatis, tum etiam quia ſubſtantiæ, & compoſita ſunt, plantæ videlicet, &c.

Ad Hipp. locum de aere, idem videtur dicendum, optime, enim (vt plerumq; Gal. ſcripſit) quippe iam oſtendimus morbum in affectu a naturali habitu per mutato, lædenteq; actionem conſiſtere. Eſt enim aer potius cauſa efficiens morbi peſtilentis, vnde motus principium non morbus.

Ad quartum vbi venena ſenſim paulatimq; enecare, &c. Reſpondeo, venena cælerrime enecare, triſtem ſenſum ex ſolutione continui, grauiſsimaq; ſympthomata inducendo, ſi vero ex patientis reſiſtentia, mediciq; præſentaneis auxilijs, præſentaneam ſuam vim amiſerunt, tranſ-
z mutantur in longos affectus, vt teſtis eſt omni exceptione maior Dioſc. *z* Anazarbeus. Arguit
Lib 6. præfatione ad finẽ tamen debiliter Fernelius, nam præter quam quod venena intemperies, & febres vt Gal. docet de Amuletis & venenis inducunt ſolutio vnitatis (quam commitunt vrendo corrumpendoq; corpora) communis eſt ſimilaribus & inſtrumentalibus partibus, quam obrem, quando vult inferre, *eſt ſimilaris, & non intemperies, ergo eſt a tota ſubſtantia,* eſt ac ſi dicat, eſt animal, & non homo, ergo eſt planta, cum poſsit eſſe brutum.

Ad quintum dico ſuam vocem ignorare, vbi docet latum eſſe diſcrimem inter putridas peſtilentesq; iſtis enim, quid mirum ſi ob excellentem putredinem vehementer exſiccantibus vtamur? in illis vero non ſic, quia ſiccitas eſt lima caloris, & ob alia in methodo putridarum contenta.

Ad ſextum inedia cur non vtamur in peſte, quærenti Fernelio? ipſe ſibi reſpondet, dicens, ſepius eſſe maximam debilitatem. Secundo reſponderem in morbis pituitoſis, ac multitudine pẽdentibus proficere, quorum vtrumq; hic de eſt. 3. multo tempore aliquẽ parit fructum inedia,
a at in ijs præſentanea poſcimus remedia, & ſic fit ſatis his, & alijs argumentis Fernelij, cui illud
fol.81. Emblema *a* Alciati convenit, titulus eſt ſui ipſius amor.

Quod

Quod nimium tua forma tibi Narciße placebat,
In florem, & noti est versa stuporis olus.
Ingenij est marcor, cladesq; philautia, doctos
Quæ pessum plures datq; dedit viros:
Qui veterum abiecta methodo, noua dogmata quærunt,
Nilq; suas præter traddere phantasias.

Quantum existimo respondi Fernelio, & quantam vim in Gal. habeat detegi, restat vt quæ ex proprio marte, ex suoq; (vt dici solet) in longo tractatu per multum tempus laborato noster Athleta adduxit, pro responsione mearum vigilarum, breuiter profecto & compendiose, *distinguo vt pestilens nego, vt intermittens concedo.* O bone negatur tertiana pestilens, nusquam apparet, nec probabitur quid ais, quorsum supponis? Sed videamus aliquot errores.

Pro pathonomonico atq; proprio 4. modo. Primo tertiana est febris species repetens de.3.in.3.quo modo idem potest esse accidens sui ipsius.2.repetere de.3.in.3.non est proprium. 4.modo, dicete *b* Gal. & morbo quidem laterali, & phrenitidi magna ex parte per tertium fiunt accessiones hæc ille, scire ergo proprij acceptiones, & Galenum ignorare, non constituunt medicum.3. cũ complicantur affectus sympthomata mixta apparent, vt in Typhomania, pleuritide cum perihneumonia, vnde manifeste colligitur, quid nominis, & rei complicationis nostro doctori esse ignota. 73.74.75. *b* *1.aph. 12.c.*

Nullum aliud signum. Primo asserit nullum esse sympthoma pestis præter debilitatem, ego adduxi febris pestilentis (non qualitatis pestilentis) quæ obseruauit Hipp. præcepit Gal. aggregauit Auic.2.sympthomata non pro formali vnquam, sed morbi speciem insecuntur, 3. nec si aliquod desit, sympthoma doctrina corruet, quia potest ab alijs signis obscurari, vt de magno & raro spiritu delyrantium *c* Gal. discurrit. 76.77 *c* *2.de dif. resp. c.3.*

Intermittentis securitas non est absoluta. Absolutum absurdum, suppositis tamen medicinæ theorematibus ad illum missis, quibus respondere non audet *d* Thomas a Veiga, verum inquit nec phrasis Hippocratis, nec Galeni recipiunt medium, vtuntur enim his verbis solis intermittens, non intermittens, quæ verba ceu contradictoria non recipiunt medium 2.dicat si intermittunt, quomodo sint in continua pugna? vnde.3. similitudo non tenet. 78.79.80. *d* *2.de dif. feb.*

Nullius intermittentis prout intermittens est. Hac distinctione veluti vno calopodio omnibus fere argumentis satisfacere tentat. 81.

Ad hoc negando minorem. Quæstio & argum. est de pestilenti putrida, recipit tamen se ad sacram anchoram, idest qualitatem pestilentem. 82.

Pestem habere analogiam ad sanguinem. Adductis a me validis rationibus, & argumentis concludentibus, addo quod negari non potest, approbatq; communis hominum consensus, a puero audijsse, prouectiorem vero reipsa expertum, febres pestilentes incipere ad hyemis finem, initioq; veris augeri postea vigere, ad festum vero natalis D. Ioãnis Baptistæ remitti, declinareq;. Huius causam (cum tamen nil sine causa fiat) nec audiui, nec legi, an hæc obseruatio vulgarium etiam, post Gal. & omnium medicorum (excepto nostro Doctore) in hunc diem veritatem cõfirmat, quod videlicet quo tempore vigere augeriq; sanguis incipit (& scimus ver esse) vigeat grasseturq; pestilens febris? Illo vero tempore quo imminuitur sanguis) accidit autem æstate) absumatur, discedatq; pestilens febris. Sed adeo magnus est morbus protervia, vt recedat pestilens morbus, ipsa vero incurabilis dimittenda sit? 83.

Senex si vitam adolescentis agere. Quid est hoc? Vult asserere quod sophista *e* fatuus, senectutem esse euitabilem? vnde & mortem. *e* 84. *Li. de Marco.*

Fœminæ pituitosæ esse tenentur. Immo sanguinem accumulãt teste experientia docente *f* Gal.2. quid si aliqua fœmina aut puer careret sanguine contra me asserentem sanguineos morbis capi. pestilentibus.3.nullam esse constitutione pestilentem biliosam, sed epidemiam anno 1603. vidimus, fuit enim communissimus morbus, ex quo fere nullus obijt, hisce etiam diebus patet. 85.86.87. *f* *Lib. aduersus Erasistra.c.5*

Putrida pestilens ex sanguine. Hæc est falsa propositio, non enim sola ex sanguine est continua, sed causon. 2. cæteræ etiam continuæ ab alijs humoribus a sanguine in venis putrentibus excitantur. 88.89

Ad contradictorias. Ad amicam se contulit distinctinctionem. 2. tamen oblitus est, dixerat enim quod securitas intermittentis non est absoluta. 90.91.

At vero si causa manifesta. Inquiro Bubon est pestilens? ita est, ergo est causa pestilens manifesta & occulta, quod initio negauit secundo corpori non febri accidit oriri a causa continuo calfaciente.3. cum esse continuam proficiscatur a materia (illo iudice) non poterit invenire tertianam pestilentem. 4. oblitus.13.propositionis suæ, in qua sic, *Causa continuæ febris non est continua delatio fulginum ad cor.*

In ratione acutarum. Loquimur de continuitate respondet de acutie, loquimur de acutie, 96.
conti-

continuitatem introducit.

g 3. aph. 19.c. *De hac febre symptomatica.* Falsissima expositio adversus g Gal. dicentim. Duplex autem est morborum acutorum natura, vel enim in humoribus calidis, qui nullum obsedere locum, sed æqualiter in omnibus animalis partibus apti sunt ex sua natura generari. l. loco aliquo patiente fiunt hactenus Galen.

97. De ven. c. 1. *Non ergo est necessum.* Probat deniq; vt tertianam pestilentem, vt vero colophonem addam, libuit grauissimi suæ ætatis, in nostra vero non contemnendi egregij philosophi, maximiq; medici Petri Albano, conciliatoris videlicet, auctoritatem sic. Quoniam omne agens præstantius est patiente. Sic nostra substantia passiui transit ad presentiam veneni, quod se habet per modum actiui in veneno: sicut palea subiecta igni transit ignem, est enim totus actiuus ad paleam. Quare sapientes medicorum venenum dixerunt esse de genere rerum interficientium complexionem, & compositionem, & interdum inducentium solutionem continuitatis, ita vt ægritudines quæ ex venenis accidunt, sint de generibus communibus, & non proprijs, hactenus ille, quæ per legenda, ne de cætero nobis obtundant caput, resipiscantq;.

*

L. D. O. M.

